

Jhesu Christo. Significans vobis, quod Hincichinus dictus Duthræstat michi XII oris denariorum veraciter obligatus tenebatur, qui quidem Hincichinus a Nylandia recessit, me irrequisito et pecunia predicta non soluta, et huius pecunie causa vnam ancoram eidem Hincichino attinentem detinui et occupavi eamque in custodiam vnius viri constitui diligenter obseruandam nec alicui assignandam, priusquam mihi pecunia predicta esset persoluta. Post hec autem idem Hincichinus ancoram antedictam, pleno jure pro memorata pecunia detentam, latori presencium Johanni illegaliter vendidit, inpigneracionem ab ipso Johanne accipiens minus juste pro ancora prius dicta. Quare vos instanter rogo, vt prenominato latori presencium Johanni justiciam in premissis a sepedicto Hincichino mee petitionis intuitu disponere dignemini et velitis, prout vestris fieri volueritis vice versa, quia pretactus Johannes nichil habet facere cum ancora prenotata. In Christo viuite et valete. Scriptum Kirkiuslææt die beati Olawi regis et martiris.

Utanskrift: honorabilibus dominis aduocatis et consulibus ciuitatis Reualie detur.

Pergamentsbladet har medelst 2 veck varit hoplagdt i brefform, i kanterna äro hål skurna för remsan, som hopfäst brefvet.

4658. Omkring 1350. Sept. 20. Åbo.

Gerikin Skytte beder borgmästarne och borgarne i Reval att lägga qvarstad på ett skepp, som tillhörde konungen och en viss Kruse hade.

Orig. på papper i Rådsarkivet i Reval.

Tryckt efter B. E. Hildebrands afskr. i hans Saml. till Sv. Diplom.

Vos nobiles viros et honestos . . proconsules ceterosque ciuitatenses Reualie ego totus vester Gerichinus Skyttæ saluto sinceriter in domino Jhesu Christo, quam intime rogans, vt nauem, quam Krwse habet, que ad dominum meum regem spectat, quousque de nauis premissa aliud in mandato ceperitis, amore domini eiusdem jure ciuili occupetis . . ipsum dictam nauem alienare siue in illa velificare nullatenus permittentes, rudentibus ceterisque eiusdem nauis attinenciis diligenter reseruatis. In Christo semper valete. Scriptum Aboo sub sigillo. In vigilia Mathei apostoli.

Utanskrift: venerabilibus viris dominis proconsulibus Reualie ceterisque ciuitatensibus ibidem detur.

Hopviket medelst två veck i brefform, med hål för sammanbindningsremsan och spår af sigillet.

4659. Omkring 1350.

Rådet i Reval underrättar rådet i Visby om de hotelser en viss Godskalk Stalbitere yttrat att hindra alla Visbybors afresa från staden samt uppmanar detsamma att låta nämde Godskalk utfå allt, som genom arf kunde tillhöra honom i Visby.

Bunge, Liv-, Esth- und Curländ. Urkundenbuch, 2, n. 911,
efter afskr. i Revals äldsta »Denkelbuch» s. 67.

Honorabilibus viris prudentibus et discretis, anicis eorum dilectis, dominis consulibus Wisbycensibus consules ciuitatis Reualie cum vera dileccione fauorabi-